



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Capvt III. De Interrogationibus, quæ pœnitenti proponendæ ante, quàm  
sese accuset.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

monstrationem animi indicent, vnquam debetis inuitare, ne quam ijs qui eos videbunt, occasionem detis suspicandi, pœnitentem aliquid displicens aut execrabile vobis referre.

Dabitur operam, vt pœnitens faciem suam ita conuertat, vt vestram ad latus habeat; ita vt nec vos videat, nec vobis rectâ in aurem, sed ad latus illius, loquatur.

## C A P V T III.

*De Interrogationibus, qua pœnitenti proponenda ante, quàm sese accuset.*

**P**OEnitens ergo vbi accesserit, ante omnia rogandus est, cuius sit status & conditionis, videlicet an coniugatus sit, necne, Ecclesiasticus, an non, Religiosus aut sæcularis, aduocatus an causidicus, opifex mechanicus an operarius mercenarius; nam pro diuersitate status diuersimodè cum eo procedendum erit.

Sciendum præterea, num intentionem habeat hanc benè se & ritè de omnibus peccatis suis accusandi, nihil eorum vt studio & volenter celet; item, peccatum penitus deserendi ex animo & detestandi, denique faciendi quod sibi salutis suæ procurandæ causa iniungetur. Quod si illam intentionem & voluntatem non habeat, in hoc manendum est, & eam vt habeat, si quomodo fieri potest, allaborandum; si verò eam habere nolit, dimittendus est, prius illi declarato, quam periculoso & misero in statu agat.